



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 231

XIII Quae & quanta sit differentia inter duas vitas sanctae Dei ecclesiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29814

HAY. DE VARIET. LIB.

requiem animæ post corpus inuenimus. Domini-
co vero die, videlicet à passione tercio, à conditione
ut dixim⁹ octauo, iam corpore à morte resurgim⁹,
& in gloria animæ etiā cum carne gaudem⁹. Quod
ergo mire saluator noster fecit in se, hoc veraciter si-
gnauit in nobis, ut nos & dolor in sexta, & requies
in septima, & gloria excipiat in octaua.

Quæ & quanta sit differentia inter duas
vitas sanctæ dei ecclesiæ. Cap. XIII,

Dvas itaq; vitas sibi diuinitus prædicatas cō-
Aug. mendatas nouit ecclesia. Quarū vna est in fi-
de, altera in specie. Vna in tempore peregrina-
tionis, altera in æternitate mansionis. Vna in la-
bore, altera in rege. Vna in via, altera in patria. Vna
in opere actionis, altera in mercede cōtemplatiōis.
Vna declinat à malo & facit bonū, altera nullum ha-
bet à quo declinet malum, & magnū habet quo fru-
atur bonū. Vna cum hoste pugnat, altera sine hoste
regnat. Vna fortis ē in aduersis, altera nihil sentit ad
uersi. Vna carnales libidines frenat, altera spiritualib⁹
delectationibus vacat. Vna est vincēdi cura sollici-
ta, altera victoriæ pace secura. Vna in temptationib⁹
adiuuatur, altera sine vlla tentatione in ipso adiuto-
re lætatur, Vna subuenit indigenti, altera ibi est vbi
nullum inuenit indigentem. Vna aliena peccata, ut
sua sibi ignoscatur, ignoscit, altera nec patitur quod
ignoscatur, ne facit qd sibi poscat ignosci. Vna flagel-
latur malis ne extollatur in bonis, altera tanta pleni-

LIBER PRIMVS.

rudine gratiæ, caret omni malo, vt sine vlla tētatōe
superbiæ clareat summo bono. Vna bona & mala
discernit, altera sola quæ bona sunt cernit. Ergo vna
bona est sed adhuc misera, altera melior & beata.

Quod per quadragesimā afflictionē
vita præsens, per quinquagesimā æterna
læticia ostendatur. Cap. XIII.

Sancta Dei ecclesia in quibusdam suis membris Beda.
ad huc pro æterna requie laborat in terris, in q-
busdam vero omni finito labore cum Christo
iam regnat in cælis. In memoriam vtriusq; vitæ cō-
stituere patres nostri gemina hæc cōgrua religionis
solemnia. Quadragesimā videlicet afflictionis & ie-
iuniorum, instantे iam dominicæ resurrectionis tē-
pore, gaudijsq; pascalibus, vt per eam nobis sæpius
ad memoriam reuocarēt, quia per labores & conti-
nētiā, per vigilias & orationes, per cætera, q; Apo-
stolus cōmemorat arma iusticiæ, ad vitæ immorta-
lis præmia debemus attingere. Porro Quinquagesi-
mā ab ipso dominicæ resurrectiōis die inchoare, &
gaudijs potius laudibusq; diuinis, quam īeunijs vo-
luerūt esse celebrem, quatinus annuis eius festis dul-
cius admoneremur desiderium nostrum ad obtinē-
da festa, quæ non sunt annua sed cōtinua, non terre-
na sed cœlestia semper accedere fixumq; tenere. Quia
non in tempore mortalitatis huius, sed in æternita-
te futuræ incorruptionis vtra nobis quærenda felici-
tas, vera est inuenienda solennitas, vbi cessantibus

Ro. 6:

b iiiij